DE ECHINOCOCCO HEPATIS ET PERITONEI.

DISSERTATIO INAUGURALIS MEDICA
QUAM
CONSENSU ET AUCTORITATE
GRATIOSI MEDICORUM ORDINIS
IN ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI
CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA
AD SUMMOS
IN MEDICINA ET CHIRURGIA
HONORES
RITE ADIPISCENDOS
UNA CUM THESIBUS PUBLICE DEFENDET
DIE IX. M. DECEMBRI A. MDCCCLXIII. HORA XI.

AUCTOR
ANTONIUS CONRADUS ROCHELL
GUESTFALUS.

OPPONENTIBUS:
J. LIEVEN, DR. MED.
O. KRUEGER, DR. MED.

HALIS SAXONUM
TYPIS SCHMIDTIANIS.

MATRI

OPTIMAE DILECTISSIMAEQUE

HASCE PAGELLAS

PIO GRATOQUE ANIMO

D. D. D.

AUCTOR.

Quo rarius nostris in regionibus Echinococcus hominis occurrit, eo memorabilius, ut equidem sentio, optabiliusque multis sit, decursum alicujus hujusmodi casus diuturnum per tempus in instituto clinico Hallensi medico summa cum diligentia et attentione observati cognoscere.

Neque igitur mihi est propositum, de illis animalculis aliquid novi proferre, nec vero voluntas mihi est et consilium, de eorum origine, propagationis viis ac rationibus, vel etiam de modis, quibus si parasitus quando in intestina nostra inductus est, in organa ad eum recipiendum, idonea perveniat, accuratius disserere; quae si quis subtilius cognoscere velit, quamquam eorum multa adhuc ignota, multaque veresimilia quidem, sed subtilius etiam persorutanda sunt, libros potius adibit autorum, quibus hac de re auctoritas competit atque judicium; ex eorum numero de Siebold, Küchenmeister, Leukart viros perdoctos atque expertissimos imprimis mihi liceat commendare. Pro his pagellis suffecturum esse, arbitror, brevi conspectu mutationes illas illustrare, quas Echinococcus in habitaculo suo efficere solet.

Talium mutationum facile distinguntur duo genera, quorum alterum illas continet, quae in bestiola ipsa, alterum, quae in partibus proximis observantur. Illae prioris generis valde memorabiles ac singulares sunt et optime comprehenduntur, si eo modo investigantur, ut eas ex rudimentis quasi ad summum evolutionis gradum persequamur.

Ut primum animalculum, sive embryo Taeniae Echinococci, quae in canum domesticorum intestinis invenitur et a qua oriundus dicitur hominis Echinococus, in locum idoneum pervenit, posteriores corpusculi partes intumescere incipiunt, dum anteriores sensim in illas retrahuntur. Ita paulatim vesicula et denique saccus ipse exoritur, de quo ille Steinbuch (commentatio de Taenia hydatigena pag. 7. Erlangae 1802.) hac adumbratione usus est: „Taenia haec in habitaculo suo integra detecta hydatides morbosae, dilatationis vasis lymphatici, seu cellulae cujusdam subortae speciem prae se fert; ut vesica nempe pellucida, membrana tenerrima composita et humore claro, colore ex albo caeruleo paululum tincto, repleta apparet.“

Vesicula talis igitur, ut jam e dictis elucet, e membrana tenerrima ac contento fluido constituitur. Haec quidem membrana nil aliud est, quam cuticula posteriorum taeniae partium, hydrope quasi extensa, quae occulo inermi, glabra laevisque esse videtur, microscopio autem subjecta, tribus plerumque e tenerrimis lamellis formata, transparens quidem et granulosa apparet. Altera vesicae pars, illud contentum fluidum, statu normali clarum, liquidum, paululum fortasse opalescens, saepe quoddam arenae simile sedimentum continet. Inter huius liquoris mille partes quindecim fere solidae inveniuntur, in quibus praecipue salia, nnllum tamen albumen est. In talis vesicae interno processus proprii ac singulares excitari solent, de quibus pauca nobis dicenda sunt. Membrana enim vesicalis invulsionibus novas iterum minores producit vesiculas, quae paulatim ab ea dissolutae, in vesica matre libere natantes, alias prorsus vesiculas procreant, quae usque ad minutissimam lentis vitrei vel microscopii ipsius compositi ope adspectabilem magnitudinem partim separatae, partim matris vesicae superficiei internae inhaerentes; saepe-

numero, immensa copia, reperi queant. In interno talium plasmatum pariete haud raro coloratio quaedam subalba deprehenditur, quae aggregato innumerabilis Taeniarum minimarum multitudinis, quae Scolices appellantur, efficitur. Scolicum horum in capite uncorum duplex corona et quatuor organa suctoria, quibus facillime Taeniae immaturae cognossuntur, exstant quorumque in corpusculo multa minima concrementa calcis conspiciuntur, quae animalculis mortuis liberata illud efficiunt sedimentum, cujus jam mentionem fecimus. Saepe etiam inveniuntur vesicae, in quibus et perscrutator strenuus neque alias vesiculas nec scolices nec etiam uncos eorum detegit; tales formationes Acephalocystae nominatae sunt. Quibus e causis, statu praeterea normali, uullae mutationes in his efficiuntur, ignotum adhuc est; quamquam, ut jam nomine exprimitur, capitis defectum causam esse, veresimile est.

Quod haud raro evenit, ut Echinococcus moriatur, hac re effectae commutationes ut breve exponantur, liceat. Primum illo eventu deminutio fluidi contenti percipitur, quod tum paulatim decoloratum, crassam sordidamque redditum, postea omnino exsiccatur, ut nil nisi nonnulla calcis salia, aliquantumque adipis et cholesterini et multi unce restent. Interea membranae vesicales collapsae partim resorptione intereunt partimque tantum rugescunt.

Quocunque in organo illi oriuntur sacci, semper inflammatio plerumque plastica excitatur, quae illos membrana quasi propria, laevi, fibrosa, firma circumdat, aut etiam inflammatio, suppuratione exorta, non solum Echinococcum, sed etiam organum affectum ipsum delet. Quanquam membrana vesicalis undique ab illa recenter formata, capsula tanquam circumdatur, ita ut ubique illius externa superficies hujus internae arcte adjaceat, nunquam fere tamen ullo modo haec

inter se concrescunt; rarissime tantum nonnulla, ut ita dicam, fila ab externa ad internam capsulam transeunt; propterea jam gravitatis effectu atque vi, si incisio in capsula externa satis magna facta est, interna vesica vel sua sponte vel etiam pressione lavissima tantum adhibita exsilit; quam ad rem laevis externae capsulae interna superficies, vapore quodam adhuc humectata, haud parum affert. Cum augescente Echinococcorum sacci magnitudine extensione perpetua tenuior fieri solet, ita ut interdum vis exigua inficiens ad eum dirripiendum sufficiat. Amplitudo et a Echinococcis crescentibus et a spatio saccum circumdante dependit; in peritonei cavo summam magnitudinem assequi solent. Forma vesicarum, plerumque rotunda, ovalis, partibus vicinis valde modificatur. Capsula externa, semper cum organo producente arcte firmiterque conjuncta est, et saepissime irritatione causam praebet diversarum mutationum pathologicarum, quae imprimis, ut inflammationes, suppurationes, atrophia etc., inveniuntur.

Symptomata et decursus.

Echinococcorum sacci plerumque sic tarde ac sensim crescere solent, ut saepe longum per temporis intervallum, molestiis non emotis, nullo suspicante, feruntur; luculentem igitur quandam magnitudinem assecuti sunt, priusquam animadvertuntur. Tum si aut in hepate aut aliquo peritonei loco insident, ejus regionis integumenta prominent, et facile manus exercitata animadvertit tumorem plus vel minus magnum, plerumque globosum, aliquantum applanatum, mobilem vel inmobilem, expansum ac tensum, elasticum, qui ne tactus quidem plurimis in casibus dolorem excitat et saepe percussione singularem quendam ac proprium tremoris motum edit, qui a Piorry „frémissement hydatique“ est appellatus. Interdum non unus tantummodo tumor, sed plures simul

exstant, qui exinde organo affecto propriam quandam quasi collium superficiem suppeditant. Unica querela, donec istiusmodi tumores perseverant, longum per tempus esse solet de molesto at injucundo tensionis et pressionis sensu in affecta abdominis regione; postea alia graviora atque adeo periculosa accedunt symptomata. Si tumoris nimia magnitudine abdominis cavum valde extenditur, diaphragma sursum premitur et pulmones, vel eorum uterque inferior lobus ad respirationem plus minus idoneus fit; qua ex re non solum respirationis angustiae sed periculosissimae aegrotationes admoveri possunt; tum saepissime accidit, ut aegrotus subito suffocatione intereat, quae pulmonum aut oedemate aut etiam haemoptoe effici potest. Ventriculi compressio et vasorum hepaticorum, et biliferorum et imprimis venae portae, catarrhi gastrici chronici, icteri, et ipsius ascitum causam praebet, ita ut frequens vomitus et diarrhoeae pertinaces, aut etiam recti vel colone compressis perpetua obstructio evocari possint. Si autem tumor in proximis partibus aut perpetuo irritamento aut quocunque modo inflammationem plus minus vagam excitat, quae pro vehementia et localibus signis et universalibus valetudinis perturbationibus consociata esse potest, haec aut acute decurrit aut chronico decursu utitur. Vehementissimam inflammationem evocat ruptura capsulae et effusio fluidi ejus in hepatis parenchyma, et in peritonei cavum. Supremo in casu plerumque velociter exitus letalis adducitur, dum primo in casu saepe inflammatione, quae parenchymatis speciem prae se fert, sedata res in bonam partem convertitur. Tumores, qui in pelvem minorem inminent vel illic insident, saepissime ingrati et periculosi sunt, quod eo facilius compressio recti et vesicae urininalis excretiones faecium et urinae valde impedire vel omnino intermittere potest; hic porro irritamentum, quod tales tumores in organa genitalia et ma-

xime muliebria valent, alius generis molestias affere potest; quae molestiae a simplice leucorrhoea usque ad vehementissimos spasmos hystericos progrediuntur. Repentes musculorum contractiones, quae in illis inveniuntur, novum admovent periculum; quod abdominis musculis repente contractis cysta dirrumpi et ita inflammationes vehementissimae provocari queunt. Interdum abdomen detumescit, et molestiae plus minus evanescunt, ita ut reconvalescentiae speciem praebeatur, sed minimis causis redeunt saepe subito et graviora morbi symptomata. Si reconvalescentia vera incedit, solet duobus modis fieri; cysta enim paulatim decrescit usque ad parvitudinem, quae nondum percipi potest, eo modo, quem jam descripserunt, vel vero inflammatione capsula ejus cum integumentis abdominis, vel aliquo cavo intestino concrescit et suppuratione exorta extrorsum vel introrsum aperitur; contento effuso, collabuntur membranae et resorptione partim removentur partimque cicatricem formant. Hoc modo Echinococci in ventriculum vel vesicam vel rectum pervenire possunt et tam viis naturalibus expellentur. Peritonitides excitatae sensibilitate locali ac aucta resistentia, calore et febris aliis signis bene significatae sunt; in chronicis haec symptomata minus gravia sunt.

Diagnosis.

Siquando in hepatis vel abdominis aliqua regione tumor exstat ea qualitate, quam supra explicavimus, tum demum Echinococcos addesse suspicare licebit, quum a priori ceteri omnes tumores excludi possunt. Facillime quidem manuali tantum exploratione usurpata carcinomatosa hepatis degeneratio, praesertim si singuli modi molliorem prae se ferunt indolem, cum Echinococcorum tumoribus confundi potest; sed plerumque hujus morbi decursus multo celerior, saepeque conspectus hominis carcinomate laborantis cachecticus

prohibent, quominus in ejusmodi incidamus errorem. Abscessus hepatis simplex plerisque in casibus decursu proprio ac praematuris localibus et generalibus signis bene significatus est. Faecium accumulationes et etiam aneurysmata vasorum abdominalium, praesertim quum integumenta crassa sunt, saepe errores gignere possent; illae tamen rapido decursu excellentae, et aneurysmata ejusmodi tumores sunt, ut accuratissima exploratione physicali usurpata raro tantum incognita delitescant. Attamen plurimis in casibus in dubio tam diu manebis, donec adhibita acu triquetra cannullata tenui sacci fluidum explorationi, lente vitreo vel etiam microscopio efficiendae, subjicias in eoque aut taenias minutissimas vel earum uncos vel etiam cystas minimas ipsas conspicias; quod nisi perpetrare possis, utique diagnosis plurimis in casibus ad summum tantum versimilis erit.

Prognosis.

E decursu exituque, quos supra descripsimus, et ex hujus morbi tabulis statisticis, facile intelligitur, prognosin plerumque dubiam esse. Quamdiu Echinococcorum sacci parvi et singuli tantum exstant, tamdiu licet sperare fore, ut hic morbus decursu utatur quam maxime prolongato, vel etiam omnino adhuc evanescat. Multum vero in prognosi interest, quibus locis vesicae ejusmodi insident; quae quum portam hepatis vel ductus biliferos prementes aut in pelvi minore insidentes, multo graviores ac perniciores excitant aegrotationes, quam si in hepatis margine inhaerentes aut in aliquo abdominis parietis loco inveniuntur, clare elucet, illic locorum proprietate et singularitate majus evocari periculum majoresque molestias, quam hic, ubi tantum talium plasmatum nimia amplitudo atque inflammatio proximarum partium interdum excitata respiciendae sunt. Attamen absolute infausta prognosis fere

semper est, si quocunque modo et cystae ruptura et ejus irritatione regionis proxime adjacentis inflammatio universalis hepatis vel peritonei effecta est.

Therapia.

Quamdiu tantum parvi et singuli exstant Echinococcorum tumores atque molestiae graviores exortae non sunt, tamdiu, ut equidem arbitror, et remediis dynamicis et mechanicis plus obnosii quam utilitatis affertur. Hujus enim morbi periculorum vera causa primum in ambitu talium neoplasmatum nimio et hacce organorum compressorum functionibus impeditis atque etiam in inflammationibus hic et illic interdum excitatis quaerenda est. Medici igitur est quam maxime impedire, quominus haec res eo non perveniant, ut periculum vel tantum molestiae ex illis oriantur. Plerumque neutrum effici potest, quod Echinococcus hepatis et peritonei semper ita situs est, ut neque medicamendis nec aliis remediis sine periculo invadi possit; quae quanquam nonnullis rationibus, ut vermis interficiatur, consilium est, fere omnes tantum exigui momenti sunt. Quae quidem expertissimorum virorum judicio maximum proficiunt, nobis breviter commemorare liceat. Jodum Kaliumque jodatum, resorptionem excitantia, ad minuendam vesicarum amplitudinem tum intus, quum extrinsecus, emplastri forma at infricanda, saepae adhibentur, item que mercurii praeparata, quibus usitatis simul ratio interfuit, proprio mercurii effectu in alius generis parasitos Echinococcum perdere. Dum etiam plerumque salium indifferentium solutionibus concentratis, quae et ab intestinorum tractu at inde a superficie corporis externa, cataplasmatum forma adhibentur, vesicarum fluidum minuere vel ejus constitutionem ita commutare experti sunt, ut animalculum illud, moriatur. In horum remediorum numerum accedit etiam

electricitas, quae jam exeunte saeculo praeterito in entozoa cujusvis generis interdum adhibita est, nostro quoque in casu ejus usus tanquam fluminis constantis, longum per temporis intervallum certo ordine repetatus, effecit, ut tumores sensim decrescerent et si tantum in quoddam tempus evanescerent.

Unum nunc nobis restat remedium, quod, si jam omnia, quorum mentio est facta, nulla effectu adhibebantur et res in extremum discriminis venit, non solum in paulum temporis auxilium adhuc affert, sed etiam ad conpletam valetudinem reducit, id est cystarum punctio. Quae operatio indicationibus iisdem atque cautelis, paribus cum periculis et successu eodem perficitur, ut puctio cujusque cystae in abdominis cavo sitae; attamen Echinococci fluidi tantum, quantum potest emittitur, quod albumine absente nullum oritur ex hac re periculum; contra autem periculum, quod effusione partis cystae contenti excitatur, eodem in modo minuitur, et etiam cystae collapsus et degeneratio completa eo majis veresimilis fit, quo minor fluidi copia relinquitur; porro operatio multo minus periculosa est, si saccus talis concrescendo cum abdominis pariete loco punctionis cohaeret aut cum recto et vagina, quibns in casibus inflammatio peritonei haud adeo timenda est universalis.

Hoc morbo molestiae leviores excitatae, et respirationis et gastricae et etiam e functionibus perturbatis vel erritationibus aliorum organorum, nisi earum causam, Echinococcos removere possumus, haud aliter curandae sunt, quam si quibuslibet aliis modis exortae sunt.

Historia morbi.

E. S., viginti unum annos nata ancilla e vico Bornstedt.

Quae quum usque ad annum aetatis decimum tertium semper valetudinem integram retinuisset, eo ex anno saepe vomitu, praecipue substantiis difficillibus ad digerendum (faseolis et h. g. aliis) susceptis, et aciduli cujusdam liquoris ructu laboravit. Vomitiones erant cibi muco, nusquam cruore mixti. Nausea et dolores regionem epigastricam quasi constringentes huc accedebant. Eodem tempore sub margine thoracis dextro detectus tumor, subrotundus, elasticus, dolore vacans, inde, etsi tarde, perpetuo tamen increscebat, dum aliae molestiae longum per tempus non mutantur. Unum abhinc annum crebro sua sponte, saepius post commotiones dolores in hypochondrio dextro ex ardebant paulatimque sensibilitas ita augebatur, ut vestimenti ligamentum premens amplius ferri non posset. Ex mense Augusto a. 1861, praesertim, si corpus deorsum flectebatur, breves vertiginis impetus accedebant; longiusque tamen defatigationis sensus aderat, quamquam corporis nutritio supremo primum trimestri tempore paulum deminuta est. Quae duae res aegrotam saepe ad complures horas lectum petere cogebant eamque prorsus impediebant, quominus his fere sex mensibus ullum difficilliorem susciperet laborem, quod gravissimis in intercedendum, respirationis angustiis etiam molestius redditum est. In columna vertebrali dolores interdum, sine ullo tamen certo ordine ingravescebant. Menstruatio adhuc nulla, sed tertio mense abhinc repente fluor albus exstitit. Biennio abhinc per tempus diuturnum Icterus aderat. Raro tantum aegrota nostra aliis molestiis, veluti capitis doloribus vel pectoris, vel tussi aut catarrhis vexabatur. Primo aegro-

tationis anno medicam advocabat opem posteaque remediis domesticis utebatur, nullo omnino vero successu.

Pridie Calendas Martias anni 1862 aegrota in clinicum medicum recepta est.

Status praesens, die secundo mens. Aprilis e. a. litteris mandatus:

Corpus media magnitudine, bene nutritum; musculatura robusta, color cutis sanus, cutisque ipsa arcte affixa. *Caput*, *facies*, *cavum oris* nil abnormis prae se ferunt. *Collum* sine glandulis tumidis, venarum fremitus acrior percipitur. *Thorax* bene constructum. Percussio et auscultatio ubique normales. Soni a corde effecta depressio normali loco et ambitu; cordis soni puri, pulmonalis secundus fortasse aliquanto auctus. *Abdomen* toto dextro in latere alte intumuit, proxime sub theoracis margine dextro prominentia, globosa valde expansa ac tensa, dura, capitis fere intantilis magnitudine adspicitur, quo accedit similis in hypochondrio dextro, quae ab illa sulco luculento separatur. Percussionis sonus inde: a sexta costa usque ad regionem 1″ supra umbilicum sitam plane inanis, item sinistrorsum usque ad lineam mammillarem. Limes vero soni iuanis, linea huc illuc inflexa, arcubus in contrarias partes sinuatis, a spina ossis Ilei sup. ant. dextra ad marginem thoracis sinistrum pergit. Partibus in inferioribus ubique sonus tympaniticus est, atque abdomen molle. Tumores, de quibus nuper diximus, respiratione ascendunt et descendunt. In hypogastrio sinistro eadem qualitate tumor, solidus, subrotundus adest, qui moveri et etiam premendo plane removeri potest. Totum abdomen tumoresque ne in premendo quidem dolent. *Dorsi* omni in modo normialis parte dextra soni inanitas a nona vertebra dorsali dextrorsum et extrorsum decurrit. *Extremitates* normales. P. 88. Resp. 28. Temp. 30,1 $^0/_0$ R.

Morbi decursus:

Aegrota bene se habebat usque ad mens. Aprilis diem.

28. Ubi meridie subito occurrit vertigo, capitis dolor et sintillae ob occulos silientes, nulla tamen alia febris signa. Abdomen molle est et etiam pressum non dolet. Expansio ac tensio aliquantum minuta esse videtur; inter superiorem et inferiorem dextra parte sitos tumores facile imprimi potest, sonusque hoc loco percussionis solum tympaniticum est. Faeces desunt. P. 88; R. 28; T. 30,1.

29. Noctu parum dormivit ob dolores capitis perpetuos atque vertiginem. Appetitus bonus est, faeces nullae; urinae 800 ccm. clarae, subflavae, nebula cum alba, quae epitheliis atque muco effecta est; albuminis nihil adest. Abdominis circuitus 81 cm. P. R. T. eadem; Ordinatio: Ol. Ricini. Vesperi in surrigendo denuo capitis dolor atque vertigo exardescit. Appetitus ut antea bonus. Una dejectio tenuis P.; R.; T. inmutata.

30. Nullo intervallo aegrota bene se habebat usque ad mensis Maji diem:

3. Sub meridiem pedis articulatio sinistri subito incepit dolere, qui dolor sub maleolis premendo, incedendo insistendoque augescit; tumescentia, rubor, crepitatioque non adsunt. Nervi ibi decurrentes pressione adhibita nullos provocant dolores. Symtomata febris alia vel perturbationes valetudinis generales non exstant, cordisque soni puri. Ord. pedis in articulationem vesicator, inmobilisque situs, pede sublato.

5. Dolores ad illos novi a vesicatoris loco aecedunt. Cordis soni debiles. Meridie fabae ingestae vomitu sunt ejectae. Localia inflammationis signa nondum adsunt. P. 118. Ord. Morph. gr. $\frac{1}{6}$.

6. Item. 7. Maleolus externus paulum tumidus, non

rubefactus, dolorosus. Praeterea nil mutatum. P. 70. Ord. Morph. gr. $\frac{1}{6}$.

Affectio pedis rheumatica sensim extingitur, nulla complicatione, frequentes autem diversorum nervorum neuralgiae retenebant aegrotam usque ad mens. Aug. diem 7.

Totum hoc per tempus tumores illi electrico flumine constanti, biduo, aegrota emissa, quoque quarto die ita tractabantur, ut alter polus in dextri lateris tumores, alter sinistrorsum per quartam horae partem applîcaretur. Die illo aegrota hoc statu dimissa est:

Hepar a superiore V. costae margine ad 3,5 Cm. infra thoracis marginem pertinet; in linea parasternali ejus altitudo 15 cm., in mammillari 11 cm. et in axillari 18 cm.

Abdomen, ubique molle, nusquam dolorosum, ubique tympaniticum, usque ad columnam vertebralem imprimi potest. Vestimenta, quae antea propter abdominis ambitum auctum exui opostebant, iterum commode nunc indui queunt. Medio in epigastrio, durus et rotundus tumor, mali magnitudine restat; mobilis ille hypogastrii sinistri tumor illo modo non curatus, adhnc etiam inmutatus est.

Die mensis Octobr. 28. aegrota denuo representata hunc statum praebet: nullus tumor amplius reperitur, neque dextro nec sinistro in latere. Hepar thocacis marginem vix superat. Abdominis totius circuitus minutus est.

Reversa die 5. Mens. Apr. 1863 enarrat:

Ex instituto egressam primo bene se habuisse, nec abdominis ambitum nec tumorem ullum crescentes animadvertisse; menstruationem caeterum regularem mensibus Februario et Martio defuisse, medio autem Aprili acribus cum doloribus, quam antea largiorem rediisse. Se esse, tum refert, quinque abhinc hebdomatibus repenti spasmorum impetu afflictam, in quo, altero vel tertio die revertente, aura plurium

horarum, nausea et frigoris sensu, praemissa, conscrientiam amitteret, ita tamen, ut neque corrueret, neque quid detrimenti caperet; deinde spasmos tetanicos, pupillis angustiis, attamen reagentibus, quartam vel secundam per horae partem sequi solere. Interea faciem paulum tantum esse distractam, mandibulares musculos non contractos, sensibilitatemque extinctam. Quamquam primum quidem impetum urinae retentio esset secuta, posterius tamen adfuisse vel euphoriam perfectam vel etiam interdum globulum hystericum.

Status praesens eodem die descriptus: *Corpus* bene nutritum; *membranae mucosae* paulum pallidae. Caput, facies, collum, thorax et cor normalia. *Hepatis* soni depressio a costa sexta quatuor digitorum latitudinem infra thoracis marginem pertinet, in linea parastern. 13 cm., in mammill. 13,5 in axill. 15,5. Dextra cum sinistra comparata pars ubique altius obtusa est et prominens. ut hepatis margo manu non perciperetur, nisi in epigastris, qua obtusus quidem, at laevis sit. *Abdomen* in infernis partibus valde expansum atque tensum est, dextra tamen majis quam parte sinistra. Integumenta crassa, umbilicus applanatus, totiusque dextra lateris resistentia aucta est. Supra sinistrum Poup. lig. tumor oblongus, mobilis, expansus at tensus, ovi collumbini magnitudine est; quo excepto loco, sonus percussionis normalis. *Dorsum* praeter levem vertebrarum IV et V pectoralium nil anomalis exhibet. Soni depressio ad columnam vertebralem versus dextra parte paulum altior esse videtur.

Decursus morbi:

Mensis Aprilis die 23. Aura et postea prope totum per horam spasmi acres, qui ne ferro candente quidem adhibito cessant.

28. Post meridiem per duas horas et demiduam ve-

hementissimi spasmi cum opisthotono et motionibus conquassantibus conjuncti.

Mens. Maji die 2. et 4. eodem tempore spasmi tres per horas, permagna sequente defatigatione.

8. Ante et post meridiem ternas per horas convulsiones acerrimae cum opestho-pleuro-emprosthotono, quae narcosi chloroformio perfecta, excepta exigua extremitatum et trunci extensione, sedatae sunt.

17. Vesperi ridens et vociferans deprehensa est. Lingua paulum obducta, appetitus non est. Facies rubefacta; abdomen sinistrae partis loco circumscripto, tumidum ac dolorosum est. Faeces desunt; urinae 250 ccm. e flavo rubrae, liquidae. P. 120; R. 40; T. 31,7. Ordinatio: clysma c. ol. ric.

18. In abdominis sinistra inferna parte tumor, maxime sensibilis, circumscriptus, immobilis, sono depresso, dolores gravissimos excitat; dextrae partis tumores parum dolent. Faeces nullae; facies valde rubefacta, lingua glutinosa et appetitus nullus est. P. plenus, 116; R. 36; T. 31,9. Ord. clysma c. ol. ric.; 11 hirudines (nullo effectu); clysma c. natr. chlor.; Calomel. gr. IV.

19. Tumor sinister solidissimus valdeque tensus at expansus, sono non omnino inanis est. Faeces exiguae, flavae, tenuium farciminum formam praebentes. Somnus nullus. E. 121; R. 40; T. 31,4. Vesp. dolores vehementissimi, et post meridiem gravis capitis dolor et aurium tinitus, frigore plures per horas jactata est. Vertigo, exigua mentis confusio; facies perpallida, collapsa, labia cyanotica. Sinister pes, in coxa flexus et adductus, difficulter movetur. Abdomen sinista inferna parte, ubi tumor ille insidet, vehementer dolet et sonum edit omnino inanem. Faeces solidae, flavae, e vagina massae albae, purulentae, mucosae simul cum urina

exierunt, quibus multi scolices continentur. P. 130; R. 54; T. 32,7. Ord. Calom. gr. IV. Glacies imponitur. Sub. vesp. Chinen. gr. X. binis horis et Morph. gr. $\frac{1}{2}$, semel.

20. Ut semel magna illarum massarum copia ejecta sunt, repente abdomen detumescit ac collabitur, repente dolores remittuntur, et aegrota valde defatigatá, meliore somno usa est. Tumor autem, adhuc eodem loco, parum dolens acriterque circumscriptus cognoscitur. Nonnulla chinino effectae intoxicationis singna, vomitus etc. apparent. P. 100; R. 26; T. 30,4. Ord. Cal. gr. IV. Vesp. aegrota adeo defessa dormit; dolores redierunt. Faeces flocceae, mucosae. Vomitus frequens. Facies cyanotica; nares manusque paulum frigidae; ur. 500. P. 124, plen. moll.; R. 42; T. 31,8.

21. Aegrota parum dormivit parumque de doloribus quaeritur; chininum sumptum evomuit. P. 116; R. 28; T. 30. Vesp. Melius se habet. Tumor sinister multo deminutus, minusque expansus ac tensus, et superficie inaequalis est paulumque mobilis. Sonus depressus, tympaniticus. P. 100; R. 20; T. 30,0. Ord. Morph. gr. $\frac{1}{2}$.

22. Vacua doloribus dormivit aegrota. Nausea exigua parumque appetitus adsunt, nec ullae faeces; ur. 280 multo e vagina excreto pure mixtae. P. 84; R. 20. T. 29,8. Vesp. de levibus tantum doloribus et de largiore muci exitu interdum queritur. Abdomen inmutatum. Pelvis a vagina pervestigata tota uno vel pluribus elasticis tumoribus expleta, uterus deorsum et antrorsus depressus apparet. Nullae faeces. P. 84; R. 28; T. 30,7.

23. Sine doloribus bene dormivit. Multum muci emittitur. Faeces largae, e flavo fuscae, tenues, flocceae; ur. 300 multo cum muco et pure P. 80. Vesp. iterum dormiebat. P. 84; T, 30,1.

24. Aegrotae omnino melius est. Abdomen molle, ubi-

que tympaniticum. Penitus in pelvi tumor dolens sinistra adhuc percipitur, qui undique nisi a dextra dilucide circumscriptus est. E vagina secretum pergit effluere. Faeces fuscae, tenues. P. 80. Vesp. nulli adsunt dolores, parumque e vagina excreti; nullae faeces. P. 118; R. 82; T. 30,2.

25. Post meridiem leve frigus; dolores abdominis, inmutati exiguaque nausea. Extra lectum septem per horas erat. P. 100; R. 28; T. 31,2.

26. Melius etiam aegrota se habet. Sinister tumor, si exigua vi imprimis, dolet, multum excreti effluit e vagina. Nullae faeces; ur. 600 cum nubecula. P. 116; R. 20; T. 30,8. Ord. Cataplasmata calida. Meridie levi frigore jactatur et de doloribus queritur. Abdomen molle, sed pressum dolet; resistentia aucta est. Tumor ipse minor videtur. Ur. 400 cum largis sedimentis. Appetitus bonus. P. 116; R. 36; T. 32,0.

27. Multi dolores abdominis et ossis sacri, parum igitur somni; faeces, ur. excretum, ut antea. P. 92; R. 32; T. 30,4. Ord. Morph. gr. $\frac{1}{3}$. Vesp. multi dolores ex abdomine secundum femoris sinistri nervos descendentes. Ciborum pars vomitu ejecta. P. 100; R. 32; T. 31,2.

28. Dolores iidem. Psoas et can. inquin. et crur. non dolent, motiones non impeditae sunt. Tumor sinister inmutatus. Pelvis ubique referta. P. 80; R. 24; T. 30,3. Vesp. dolores minores; in inferiore labio herpes exstitit. Cum copioso e vagina excreto vesica, ovi anserini magnitudine, cum crassis, hyalinis, membranaceis parietibus, expulsa est. P. 84; R. 28; T. 30,6.

29. Nullus somnus propter pungentes dolores secundum nerv. crur. P. 80; R. 32; T. 30,6.

30. Nulli dolores; abdomen ubique tympaniticum et valde pressum sinistra in inferna parte dolet. Tumores inmutati. Dextra paulo aucta resistentia. Alter Echinococco-

rum saccus cum 200 ccm. puris meri e vagina ejectus est. Nullae faeces; ur. 200 multis cum sedim. Appetitus bonus. P. 70; R. 26; T. 29,5. Vesp. bene se habet. Pauci abdominis dolores, uterus permagnus et valde deorsum et antrorsum dimotus apparet; orificium rotundum, milii magnitudine, portio vaginalis crassa, mollis, inmobilis. Faeces solidae; ur. 300.

31. Propter pungentes dolores nullus somnus. Faeces tenues; ur. eadem. P. 88; R. 26; T. 29,8. Vesp. Nulli dolores; Faeces crassae, parum e vagina excreti. Horam unam extra lectum manebat. P. 84; R. 32; T. 29,6.

D. 1. Mens. Junii. Doloribus vacans aegrota bene dormivit. Abdomen obtusum, ubique autem tympaniticum; toto pelvis referta et sinistra parte, profunde imprimendo tumor, rugosus, paulum sensibilis percipitur. Interdiu duas horas extra lectum morabatur posteaque majis de doloribus queritur abdominis et sacralibus. Multum secreti. Faeces tenues; ur. 300, flava. P. 124; R. 32; T. 31,0. Ord. Morph. gr. $\frac{1}{3}$.

2. Dolores iidem et etiam in femore sinistro. Nil excreti. Specilla uterina facile 3″ in cavum inducitur. Faeces crassae, appetitus bonus. P. 104; R. 36; T. 30,9. Ord. Cataplasmata calida.

3. Aegrota bene se habet et inter dolores abdominis et sacrales multum puris e vagina repente emisit. Dolores pungentes et in sinistro tumore et pectoris latere. Tussis deest itemque frigus. P. 100; R. 30; T 30,9. Ord. Morph. gr. $\frac{1}{3}$.

4. Somnus inquietus, leve frigus. P. 96; R. 32; T. 30,5.

5. Dextra etiam abdominis pars paulum dolet, sinistra doloribus pungentibus cruciatur, ibique tumor aliquantum expansuat tensus, premendo dolores vehementes excitat. So-

nus clarus, tympaniticus. Nullae faeces; parum excreti. P. 100; R. 36; T. 30,2

6. Bene se habet. P. 84; R. 24; T. 29,4.

7. Levis abdominis dolor Vomitus. Tussis; parum excreti; nullae faeces. P. 116; R. 36; T. 30,0.

8. Tussis exigua. Respiratio vesicularis. Faeces tenues. P. 88; R. 36; T. 30,0.

9. et 10. Pauci pectorales et sacrales dolores, tussis eadem. P. 106.

11. Vehementem ob sacralgiam nullus somnus. Vesp parum doloris. P. 100; R. 30; T. 30.

12. Nulli dolores, appetitus bonus, nulla tussis; abdomen parum dolet; resistentia aucta. P. 112; R. 34; T. 30,6.

13. Acres in sinistro tumore, pungentes dolores. Tumor ipse valde deminutus et rugosus apparet. P. 104; R. 28; T. 31,2.

14. Interdiu levi frigore per semihoram jactabatur, postea abdominis dolores vehementes. Abdomen molle, sinistra exigua soni depressio. Hepatis margo lucide percipitur parumque dolet et in dextra parte paulum induratus est; occipitis dolor et in surrigendo vertigo. Appetitus bonus. Faeces solidae; ur. 100 ccm. flavu. P. 128; R. 36; T. 31,7. Ord. Cataplasm. cal.

15. Noctu febris frigore vehementes jactabatur; somnus somniis multis pertubatus. Capitis dolor. Sputa mucosa, sanquine punctata. Percussio et auscultatio ubique normalis. Appetitus bonus. Post meridiem leve frigus et multa cum cruore sputa, utriusque lateris exspirium asperius, paene bronchiale. P. 133; R. 38; T. 32,0. Ord. Aqu. lauroc.

16. Parum dormivit multaque somniens locuta est. Dolor capitis et vertigo, nulla tussis, linqua paene sicca, interdum abdominis dolores pungentes. Post meridiem tinitus

aurium et brevis amentia, dispnoe sine tussi. In abdominis parte dextra tumescentia dolorosa exstat. Pulmones normales. Hepar inmutatum, respirando movetur. Lien circiter 8 cm. longum, 6, 5 latum valde dolet. P. mollis, parvus, non dicrotus, 104; R. 36; T. 31,1. Ord. Calom. gr. IV; clysm. c. nat. chlor.

17. Aegrotà bene dormivit, nec tussi, nec doloribus vexata. Faeces tenues, fuscae, granulosae. Appetitus deest. P. 108; R. 32; T. 31,6.

Inde ab hoc die usque ad 4. mens. Julii aegrota reconvalescentiae speciem prae se ferebat, nullumque paene morbi restat signum, nisi in sinistro hypochondrio tumor, parvus, rugosus, durus. Hoc autem die dolores in epigastrio orti sunt. Lingua paulum obducta, appetitus bonus. P. 80; R. 30; T. 28,7.

5. Dafatigaito summa, dolores nulli. Functiones normales, febrisque nulla.

7. Leve frigus sub solis ortum, laevi cuti, nulla cyanosi. Abdominis resistentia aucta. Abdomen ipsum tumidum, expansum ac tensum, sinistra dolorosum, ibique tumor non dilucidus. Nulla convulsio, sed tremor quidam cum contractione omnium fere nuchae musculorum conjunctus, exstitit; caput paulum jactatur. P. 160; R. 30; T. 29,8.

Post meridiem denuo ille tremor simul cum abdominis doloribus et sacralgia. Sudor copiosus; nullae faeces; P. 120; R. 44; T. 30,0.

Bene se habebat usque ad 15. Dolores hepatis regionis; appetitus addest et diarrhoea; P. 116: R. 24; T. 30,8.

16. Epigastrium paulum dolet. Interdiu hepatis margo, quocum cohaerens tumor solidus dilucide percipitur, pungentes dolores excitare incipit. Respiratio impedita; appetitus bonus. Faeces tenues, fuscae, saeculentae. P. 84; R. 28; T. 30,2. Ord. Pulv. Dorreri; Synapis.

17. Doloribus celeriter extinctis bene se habet aegrota. P. 100; R. 28; T. 29,6.

Intervallo non intermisso fruebatur aegrota paene bona valetudine usque ad Augustis mensis diem 3., quo septima post meridiem hora et nona vehementes spasmorum tonicorum impetus per quartam horae partem aegrotam vexant. Emprostho-opistho-pleurotonus inter se mutantur, dum illa in cubiculo circumvolvitur, crines eripiens atque perturbans; deinde summa defatigatio sequitur et nausea.

4. Mane quarta hora et vesperi repetant convulsiones.

5. Menstruatio incipit. Unus spasmorum impetus.

6. et 8. ter spasmi redeunt.

10. et 11. bini spasmorum impetus bin asper horas.

12. Ante meridiem ab utero sinistrorsum sita, permagna cysta apperitur, et 400 ccm fluidi liquidi, quo multa salia, nil albuminis, simul quoque permulti scolices continentur, effluunt. P. 84; R. 24; T. 30,0. Ord. Vesica glacie referta. Vesp. aegrota se bene habet.

13. Dolores capitis et ossis sacri et abdominis, qui glacie imposita paene evanescunt.

16. Dolores minuti. Sonit depressio et resistentia dextra in inferna parte paulo deminuta, mutato situ, non mutatur. Labia pallida, aliquantum cyanotica. Vesp. multi in dextro hypochondrio dolores. Soni depressio praecipue sinistra parte. Abdomen paulum tumidum. Appetitus nullus; nullae faeces. P. plenus 92; R. 34; T. 31,4. Ord. Morph. gr. $\frac{1}{3}$.

17. Bene dormivit, nunc autem de dextri hypochondrii doloribus queritur. Faeces crassae. Sitis vehemens. P. 112; R. 28; T. 31,2. Ord. glacies. Vesp. Abdomen dextra molle et tympaniticum, dolet impressum. Sinistra in inferna parte tumor dolens (uterus) percipitur. P. 120; R. 32; T. 31,2.

18. Parum dormivit propter acres capitis abdominisque dolores. Nullus appetitus. Faeces solidae. Facies pallida. P. 92; R. 28: T. 30,4. Ord. glacies Vesp. dolores nulli. Faeces tenues. P. 108; R. 30; T. 31,0.

19. Sacralgia vehemens. Nusquam nisi sinistra in abdominis parte dolores. Faeces tenues. P. 92; R. 24; T. 30,5. Vesp. Acris abdominis dolor dextrorsum trahens et pungens ibique sonus clarus, tympaniticus. Appetitus bonus; faeces nullae. P. 95; R. 32; T. 30,8. Ord. Morphii gr. $\frac{1}{3}$.

20. Bene dormivit, nunc autem denuo de doloribus hypochondrii dextri vehementissimis, repenter exortis, queritur; nulla depressio soni ibi adest. Exiguae faeces, tenues P. 104; R. 24; T. 30,4. Ord. glacies. Vesp. dolores paulo minuti. P. 92; R. 22; T. 31,0. Ord. Morph. gr. $\frac{1}{3}$.

21. Multi abdominis et in femore dextro dolores. Exiguus fluor albus. Nullae faeces; ur. 600 flavae, turbidae. P. 112; R. 24; T. 30,8. Post meridiem aegrota levi frigore jactatur acribusque doloribus vexatur. Abdomen molle, pariter et parum tumidum, nusquam soni depressionem nec luculentam praebet resistentiam; infimae partes vehementer dolent. Appetitus adest. P. parvus, durus 132; R. 32; T. 31,5. Ord. Morph. gr. $\frac{1}{2}$.

22. Multis intervallis dormivit, saepe doloribus abdominis pungentibus excitata. Nullae faeces; ur. 400 flavae. Paulum e vagina excreti. P. 108; R. 26; T. 31,3. Vesp. pares dolores. P. 112; R. 34; T. 31,3. Ord. Morph. gr. $\frac{1}{2}$.

23. Bene dormivit, semel vomuit (in gesta) et parum sanguinis e naribus amisit, minus de abdomine, eo magis autem de doloribus secundum n. Ischiadicum dextrum queritur. Abdomen paulum expansum ac tensum. Facies valde pallida, labia paululum cyanotica. Nullae faeves; ur. 300 e flavo

rubra. P. 104; R. 24; T. 31,0. Ord. Glacie remota, Cataplasmata callida imponuntur. Vesp. aegrota melius se habet et de sacralgia sola queritur. Abdomen paulum expansum ac tensum, sinistra inferiore parte dolet. P. 112; R. 16; T. 31,8. Ord. Morph. gr. $\frac{1}{3}$.

24. Aegrota dormivit et bene se habet, nullis abdominis doloribus et exigua tantum sacralgia vexata. Tumor ille sinister (uterus) globosus, major et majis expansus apparet et vehementer sensibilis. Investigatio interna, partionem vaginalem et orificium perfecte applanata esse et sinistrorsum magnum rotundum, elasticum tumorem in profunda pelvi adesse, exhibet. Faciei coloratio melior, paulum appetitus et nauseae adest; nullae faeces. P. 112; R. 30; T. 31,6. Ord. Catapl. emollientia. Vesp. Parum doloris. Dextro in latere interdum sua sponte et praecipue premendo dolores pungentes oriuntur. Nullum excreti e vagina. Faeces crassae; ur. 100. P. 124; R. 32; T. 32,2. Ord. Morph. $\frac{1}{6}$.

25. Parum somnii. Abdomen valde sensibile, in infernis partibus valde tensum. Sonus depressus, nil excreti; nullae faeces; ur. 400 flavae. Post meridiem frigus unam per horam. Acris abdominis dolor ac sacralgia, nulla amplius perspicua soni depressio; abdomen usque ad umbilicum valde sensibile. Faeces duae, tenues, spumeae; ur. 200 flavae, turbidae. Lingua humida, paulum obducta. P. 112; R. 26; T. 32,1.

26. Non dormivit, multis abdominis et ossis sacri doloribus cruciata. Abdomen tumidum, tensum, sensibile; in dextro inquine prominentia circumscripta, inanem sonum edens, vehementer dolet. Infernae partes ipsae valde dolorosae, soni depressionem exhibent. Nullae faeces; ur. 500, cum pungentibus doloribus excreta levis nausea. P. 104; R. 32; T. 31,0. Ord. cataplasm. call. rem., glacies imponitur; Pillul. opii. Vesp. perpauci dolores. Abdomen minus tensum

et sensibile. Faeces tenues, granulatae, diversis cum stratis; ur. 200 flavae, rubrae turbidae. P. 112; R. 28; T. 31,8.

27. Noctu subito vehementissimi per cunctum abdomen dolores exardescunt. Quique motus omnino impeditus. Respiratio maxime prohibita. Somnus nullus efficitur, quamquam opii gr. et morph. gr. $\frac{2}{3}$ et extrinsecus glacies adhibentur. Abdomen tumidum ac tensum, ingente dolorosum, nullam soni depressionem luculentam prodit. Aegrota ter vomuit et continua nausea afflictatur. In diem remittuntur dolores. Ur. 100 e fusco rubrae. P. modice robustus, parvus 128; R. 36; T. 32,2. In vagina, in narcosi explorata, normalis uterus paulum depressus, et tumor elasticus et expansus in sinistra parte detectus. Vesp. Valde collapsa, cum labiis cyanoticis, naribus et extremitatibus paulum frigidis, totum per diem summa debilitate prostrata jacebat, post unamquam que ingestionem vomebat doloribus abdominis acribus et respiratione valde impedita vexabatur. P. parvulus, 140; R. 42; T. 31,4. Ord. vin. madeirense.

28. Totam per noctem acrissimi dolores, qui neque glacie imposita, nec Morph. gr. $\frac{1}{2}$ ingesto decrescunt. Abdomen valde tumidum; dextra parte inferna protuberantia circumscripta, tympanitica; soni depressio in utraque parte infima. Mane aegrota agonia prostrata jacet, labiis lividis, naribus et extremitatibus frigidis; mentis impos est et pulsum praebet, qualis vix sentiatur. Ord. vini Gallici spumantis quaque hora cochlear. Prima ex dosi pulsus meliorescit, conscientia rediit; nares et extremitates iterum incalescunt; nihilominus usque ad quartam post meridiem horam gravi collapsu prostrata manebat; qua post reiteratam et largiorem dosin illius vini subito recreata, paucos dolores amplius neque etiam vomitum habebat. Vesp. valde pallida erat; labia rubra, et lingua subatra. P. plenus, robustus 140; R. 32; T. 30,6.

29. Parum somni. Caput occupatum et confusum, vertigo vehemens. Nares et extremitates calidae. Abdomen parum dolens, sono usque ad umbilicum depresso, dilucida undulatione. P. plenus, satis robustus 172; R. 22; T. 30,4. Vesp. valde defessa et caduca, lingua paulum sicca; sub meridiem massae nigrae vomitu ejactae sunt; exsudatum deminutum esse videtnr; nullae faeces. P. 162; R. 20; T. 30,8.

30. Multum gemit graves ob capitis occupationem et vertiginem et abdominis dolores; mens aliquantum perturbata; nullae faeces; nullus vomitus et appetitus. Soni depressio aliquid regressa est; ur. 400. P. 156; R. 28; T. 30,6. Vesp. Post meridiem ingenti dolores, etsi glacies imposita est. Conscientia confusa et perturbata. Faeces exiguae, fuscae abdomen valde obtusum et, levissima pressione, valde sensibile. Vomitus ut heri. P. 148; R. 22. Ord. Opii gr. i p. bin. h.

31. Pares dolores. Facies subfrigida et cyanotica. In utroque abdominis latere circumscriptae duae prominentiae conspiciuntur. Nullae faeces; ur. in lectum emissa. P. 160; R. 32. Vesp. multum dormit, parum de doloribus conquerens; valde debilis at caduca. Facies subrubra, et labia parum cyanotica. P. sat robustus, 160; R. 32; T. 31,2.

1. Die mens. Septbr. Valde languida aegrota per noctem quiete se tenebat, parum vero dormiebat. Facies rubra, labia exigue cyanotica; lingua sicca, paulum fuliginosa. Nullae faeces; ur. 350, partim in lectum perdita. Abdomen paulo majis tumidum; dolores leviores. Exsudatum paene ad umbilicum pertinens, dilucide undulat. Nunc primum, tamdiu dolores exarduerunt, aegrota aliquantum lactis bibit. P. parvus parum robustus, 156; R. 32; T. 30,9. Vesp. Totum per diem somnolenta et occulis vix appertis jacebat, excitata de doloribus queritur. Manus admodum fervidae; cyanosis luculenta; respiratio satis profunda; nullae faeces; ur. 600 flavae, turbidae,

largis cum sedimentis. Jus carnis bovinae et lac consumsit. P. robustior 168; R. 32.

2. Ante mediam noctem aegrota somno quieto fruebatur, postea saepe gemit et queritur de doloribus; valde lanquida, sed parum somnolenta est. Facies maxime collapsa; genae rubrae; labiae parum cyanotica; linqua fusca, sicca, bene porrigitur. Faeces desunt; ur. 500 e flavo rubrae, copiosis cum sedimentis. Abdomen ingente tumidum, dextra paulo majis, quam sinistra parte. Margo exsudati, luculente undulantis, dextra altior quam sinistra est. P. 136; R. 34; T. 30,8. Ord. Lactis modus unus; jus carnis et ova. Vesp. Aegrota melius et robustius se habet; cyanosis minor; lingua humida, albe obducta. Faeces formatae, faeculentae, fuscae. Aegrota sua sponte de doloribus queritur et maximam diei partem prostrata et inmobilis jacet, multum dormiens. Ur. 300. P. parvus, 120; R. 36; T. 30,8. Ord. Opii gr. ii.

3. Minus de doloribus querens, aegrota sua sponte cerevisiam postulat. Parum somni; cyanosis major; abdomen paulum detumidum, inaequale est; umbilicus retrahi et dolere incipit. Exsudatum deminutum, si aegrota movetur, locum variat et perspicue undulat. Sonus hepatis depressus clare percipitur. Motus paulo robustiores sunt; conscientia bona; ur. in lectum emissa. P. 176; R. 32; T. 31,4. Vesp. Aegrota valde lanquida, doloribus paucis cruciata melius se habet; post meridiem dormiebat. Facies pallidior, minus cyanotica; exigua carnis copia vescitur et lac et cerevisiam bibit aegrota; ur. 250 e fusco rubrae, multis cum sedimentis. Nil e vagina excreti. P. radialis, minimus, undulans, vix percipitur, 174; R. 36; T. 31,0.

4. Aegrota quiete et somno fructa melius se habet. Appetitus major. P. parvus, valde undulans, molissimus 148; R. 36; T. 30,8. Vesp. Interdiu multum et quiete dormiebat,

doloribus superioris abdominis partis modicis tantum vexata; multum ructat et magnum sitim sentit; Ovis assatis, parum carnis et jure carneo vescitur; robustius se movet et loquitur. Cyanosis minor; nullae faeces; ur. 200. P. plenior. 148. R. 36; T. 30,8.

5. Parum dormivit perpetuoque gemit et multum de doloribus epigastrii, pectoris et columnae vertebralis quaeritur et valde pallida et collapsa, immobilis et apathica jacet. In facie rubra levis cyanosis; extremitates et nares calida; duae dejectiones, fuscae tenues, copiosae; ur. crassis cum sedimentis. Abdomen inaequaliter tumidum praecipue dextra parte, qua ubique sonus depressus et resistentia aucta est. Toto abdomine luculenta undulatio et exigua exstat sensibilitas. P. parvus 160; R. 38; T. 30,6. Ord. Opii gr. $\frac{1}{2}$ p. bin. h. Vesp. Aegrota valde defatigata et caduca, cyanosis aucta, nares et extremitates frigidae sunt. Quatuor defecationes tenues, fuscae. Post meridiem denuo abdominis dolores. P. parvus, miser, filiformis; R. 26; T. 31,4. Ord. Vin. madeir. ℥ ß p. h. et jus carnis; Morph. gr. ß.

6. Aegrota doloribus tantum exiguis vexata dormit et debilissima et collapsa jacet. Facias ingente collapsa, rubrior, minus cyanotica est; lingua sicca, subfusca, difficultér porrigitur. Abdomen minus valde inaequaliber obtusum, parum dolet; soni depressio irregularis nec perfecta usque ad umbilicum ascendit; linea media paulo etiam altius, quaquoque resistentia aucta est; undulatio minor. Ur. 550. P. plenior ac robustior 164; R. 32: T. 30,6. Vesp. Interdiu multum dormivit et saepe de pectoris et epigastrii doloribus queritur et maxime lanquida et collapsa difficile respirat et in infima lectus parte, ore semiaperto et vultu rigido jacet. Nares et extremitates calidae, cognosis modica. Duae dejectiones tenues, fuscae; ur. 350, valde dissolutae, albuminosae. P. par-

vus 140. R. 31; T. 31,5. Ord. Vin. madeir. ℥ii bin. p. h.; decoct coffeae; sub. vesp. Morph. gr. $\frac{1}{3}$.

7. Aegrota, somno quieto fructa, robustior esse videtur doloribusque exiguis vexari. Facies rubra, parum que cyanotica. Exsudatum in pronas partes delabitur. Defaccatio fusca tenuis; ur. 300, liquida; P. sat plenus et robustus 176; R. 46; T. 30,3. Vesp. Multis de doloribus in abdominis superioribus partibus queritur; coffeam, jus carneum, paulumque ovi edit altioreque voce loquitur. Tres dejectiones, tenues fuscae; P. 148; R. 48; T. 30,9. Ord, Morph. gr. $\frac{1}{3}$.

8. Somno optimo fructa aegrota, appetitu redeunte, panem album postulat. Soni depressio hic et illic claro sono intermissa Faeces, tenues, fuscae. P. 164; R. 40; T. 31,0. Vesp. de respiratione angustissima quaeritur multum que dormit. Faeces tenues, fuscae; ur. in lectum emissa. P. parvus 140; R. 40; T. 31,2; Ord. Morph. gr. $\frac{1}{3}$.

9. Bone et quiete totam per noctem dormivit, nunc de dolore in dextro latere et de abdomine obtuso et expanso et de frigore in detectis partibus queritur. Uno dextri lateris loco fremitus hydatidum lucide percipitur. Mutationes aliae non exstant. Nares et extremitates subfrigidae, facies pallida, valde collapsa. P. parvus, durus; 160; R. 34; T. 30,3, Ord. Vin. madeir. ℥ii p. bin. h. Vesp. Multi in superiore abdominis regione dolores, inflammatio per totam oris mucosam propagata (permultae obductiones, subalbae, parum, prominentes). Tussis levis cum sputis pituitosis. Creberrimae dejectiones, tenues, fuscae, flavis cum sedimentis; ur. perdita, P. 168; R. 38; T. 31,4.

Sub mediam noctem mortua est.

Sectio nona p. m. hora facta:

Corpus bene nutritu in abdomen, inmensum in modum obtusum, et dextrum illius latus ubique sonitum depressum effert. Maculae exiguae subalbae adsunt, et musculorum rigor non nisi in mandibularibus musculis.

Cerebrum nil abnormis prae se fort. E canali vertebrali, modulla oblongata dissecta, aucta sanquinei, serosi fluidi copia effunditur.

Thorax. Diaphragma usque ad tertium intercostale spatium sublatum est; pulmonum praeterea omnino integri sunt uterque lobus infimus compressione atelectaticus est; cor normale.

Abdominis cavo apperto, ingenti copia ichor tenuis, fluidus, decoloratus, e flavo viridis, multis cum adipsis guttis, nullis vero aëris vesiculis effluit. Peritoneum parietale et visceralè ubique inter se cohaerent atque omentum cum intestinis et peritoneo parietali perfecte est conglutinatum. Ut primum maxima cum diligentia intestina dimota sunt, permagna sanquinis coagulati copia reperitur; complures ejus manipulli inde demi poterant, qui inter viscera hic et illic congesti erant at praecipue in omento minore sedem habere videbantur. Alia cum illis cohaerentia coagula in majore pelvi penitus usque in minorem descendentia inveniebantur. Sanquinis hujus pars alia arctissime peritoneo viscerali adhaerebat. Cuncta coagula recentia et certe utique paulo ante mor-

tem ex vasis cujusdam arrosione (art. s. v. meseraicae fortasse) exorta erant. Intestina ipsa sanquine vacant et omnia inter se congutinata sunt.

Praeter hanc universalem peritonitidem, complures aliae decapsulatae, circumscriptae adsunt, quae pus bonum et laudabiles continentes ab illa multum differunt. Quarum e numero una lienis regioni insidebat at ab eo sinistroque hepatis lobo includebatur, qui hoc loco concavitatem parum depressam et peritoneum purulente obductum, aliquantum concrassatum habebat. Hoc vero loco Echinococci non reperiebantur.

Hepatis sinister lobus luculente hypertrophicus, dexter autem perexiguus est; cujusque ab interna superficie saccus, capitis vililis magnitudinem superans, dextrorsum atque deorsum usque ad superiorem pelvis minoris apperturam pertinet. Qui saccus inflammatione cum intestinis ita conjunctus est, ut hic facilius, illic difficillius separari posset. Eo patefacto innumerabilis multitudo maximarum et minimarum. Echinococcorum vesicarum emittebantur, quae in fluido ovi instar vitello natabant. Saccus qualitatem vulgarem prae se fert externa membrana fibrosa, interna parasitorum propria apparet.

In pelvi minore tumor-pugni magnitudine, sinistrae fundi uteri parti arcte insidens ostenditur, qui in excavationem vesico-uterinam inminet, quique appertus fluidum liquidum, serosum cum albis Echinococcis et permultis scolicibus evacuabat. Hic quidem saccus neque in se ipso nec in partibusproxime adjacentibus ulla inflammationis vestigia, praebet.

Uteri membrana mucosa et substantia normales itemque vaginae, superior atque vesicae, minoris pelvis peritoneum autem ubique chronica, purulenta inflammatione affectum est.

Ren sinister valde deminutus et anaemicus; ejusque capsula detrahi facile potest, tela cellulosa proxima inflammatione concrassata, sursum in circumscriptam illam peritonitim, cujus jam naentionem fecimus, transit. Atrophia et anaemia hujus renis pressionis effectus sunt; dexter ren normalis.

Lienis substantia normalis, peritoneum, excepto uno acriter circumscripto loco, callositate, ut ita dicam, purulenta obductum est, quae illius peritonitidis saepius commemoratae parietis partem efficit.

Vita.

Natus sum *Antonius Conradus Rochell*, d. IX mens. Febr. anni h. s. XIL, Beverungiae, Guestfaliae oppido, patre *Josepho* et matre *Louisa*, e gente *Larenz*; quam superstitem adhuc veneror, dum illum multos jam annos mihi erreptum lugeo. Catholicae ecclesiae sum addictus. Latina sic dicta patriae meae schola literarum rudimentis exstructus gymnasium Paderbornense, tum Cel. Ahlemeyer directore valde florens petii et tres post annos et dimidium maturitatis testimonium nactus sum, autumno anni LIX h. s. Almam inde Gottingiae universitatem, Georgiam Augustam, contendi et in academicorum civium numerum ab Ill. Dorner, prorectore magnifico receptus sunt. Duobus ibi peractis semestris me contuli Herbipolin et academicis almae Maximilianae ad scriptus sum ab Ill. Scherer, eodem tempore rectore magnifico. Denique Halas profectus ab Ill. Jacobi, rectore magnifico, civicus universitatis almae Friedericianae Halens cum Witembergensi consocratae et ab Ill. Blasius, decano spectatissimo medicorum ordinis, sum adscriptus.

Octo per semestra nunc peracta audivi disserentes.

Gottingiae:

Ill. Lotze; Ill. Woehler; Ill. Weber; Ill. Bartling; Ill. Conradi; Ill. Henle.

Herbipoli:

Ill. Koelliker; Ill. Mueller; Ill. Linhard; Ill. Bamberger; Ill. v. Marcus; Ill. Gerhard; Ill. Rumpf; Cel. Geigel; Cel. Claus; Exp. Dehler.

Halis:

Ill. Blasius; Ill, Knoblauch; Cel. Volkmann; Exp. Franke.

In exercitationibus practicis mihi fuerunt duces:

Ill. Bartling in excursionibus botanicis.

Ill. Koelliker in arte cadavera rite secandi.

Cel. Geigel in auscultatione et percussione.

Cel. Volkmann in operationibus chirurgicis in cadaveribus instituendis et in exercitationibus microscopicis anatomicis, pathologicis.

Clinicis interfui:

Ophthalmiatricis: Ill. Adelmann.

Psychiatricis: Ill. v. Marcus.

Chirurgicis et ophthalmiatricis: Ill. Blasius.

Medicis: Ill. Weber.

Obstetriciis: Cel. Olshausen.

Quibus viris onibus optime de me meritis gratias summas semper habebo.

Jam vero tentamine tam physico quam medico nec non examine rigoroso rite superatis, spero fore, ut dissertatione thesibusque publice defensis summi in medicina et chirurgia honores in me conferantur.

Theses.

I.

In partubus vitio habitus vel situs infantis prolongatis, remedia dolores excitantia rejicienda sunt.

II.

In syphilide specificum non est.

III.

Resectio femoris capitis ejus exarticulationi praeferenda est.